Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lingent. Reges tharsis & insule munera
offerent. reges arabum & saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges. omnes gentes ser
uient ei. Quia liberabit pauperem a potenti
& pauperem cui non erat adiutor. Parcet
pauperi & inopi. & animas pauperum saluas
faciet. Ex usuris & iniquitate redimet
animas eorum. & honorabile nomen eorum coram
illo. Et uiuet. & dabitur ei de auro ara
bie. & adorabunt de ipso semper. tota die bene
dicent ei. Erit firmamentum in terra in
summis montium. super extollentur super lybana
num fructus eius. & florebunt de ciuitate
sicut fenum terre. Sit nomen eius bene
dictum in secla. ante solem permanet nomen
eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus
terre. omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dns ds israel. qui facit mirabilia solus.
Et benedictum nomen maiestatis eius in
eternum. & replebitur maiestate eius omnis
terra. fiat fiat